

DE HORTENSIO ORATORE
CICERONIS ÆMULO

DISSERTATIO

QUAM

CONSENSU AMPLISS. FAC. PHILOSOPH. ABOENS.

P. P.

JOHANNES GABRIEL LINSËN
PHIL. MAG. LITERAT. ROM. ADJUNCTUS

ET

GUSTAVUS WILHELMUS AF GADOLIN
NOBILIS
BOREA FENNO

IN AUDITORIO JURIDICO DIE XVIII DEC. MDCCCXXII

H. A. M. S.

PARS PRIOR.

ABOÆ EXCUDERANT J. C. FRENCKELL ET FIL.

15.

DE HORTENSIO ORATORE
CICERONIS ÆMULO.

CAPUT I.

De profectu Eloquentiæ Romanæ.

Quod summum adsecuta est Romana facundia fastigium, id cum propter speciosum habitum justam movet admirationem, tum etiam, quia mox in excelso constitutam ipsam intueri licet, neque gradus, qui ad tantam magnitudinis laudem perduxerunt, ulli adparent. Nam unus fere est Romanorum orator, cujus quidem nobis cognoscendi copia est facta, divinus ille Cicero, ut eloquentiæ, ita omnis humanitatis lumen atque decus. Qui hunc præcessere, nec pauci illi, temporis plane obliterati sunt iniquitate; una autem cum Cicerone postve viventium plurimorum si qui sunt superstites, & eorum, ut omnium, nomen Tullianum obruit famam 1). Quamobrem speciem præbet eloquentia

A

La-

1) Forsitan nimis Ciceroni quis tributum judicet, & saltem Julium Cæsarem dignissimum esse, qui & oratoria laude excellens censeatur. Scilicet omnia naturæ amplo

Latialis montis altissimi, cujus refulget vertex solis illustratus radiis, inferiora vero nubibus conduntur opacis. Quas etiamsi vel duce ipso Cicerone

beneficio nactum eximia atque summa, Scriptoris singulares virtutes cum Imperatoris conjungentem, nec in orationibus vulgare quiddam præ se ferre potuisse: quas igitur æque in deliciis cuique artium optimarum amatori habendas fuisse, si exstarent, ac Commentarios, valde omnibus probatos. Qam opinionem & Cicero affirmare videtur, qui Atticum ita loquentem inducit: "De Cæsare & ipse ita judico, & de hoc hujus generis acerrimo existimatore (Cicerone) sæpissime audio, illum omnium fere oratorum Latine loqui elegantissime. Nec id solum domestica consuetudine, ut dudum de Læliorum & Muciorum familiis audiebamus, sed, quamquam id quoque credo fuisse, tamen ut esset perfecta illa bene loquendi laus, multis litteris, & iis quidem reconditis & exquisitis, summoque studio & diligentia est consecutus". *Brutus*, LXXII. Consentit Tullio Quintilianus. "C. vero Cæsar si foro tantum vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur. Tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse, quo bellavit, adpareat. Exornat tamen hæc omnia mira sermonis, cujus proprie studiosus fuit, elegantia". *Institutiones Oratoria*, X, 1. Lautius aliquanto, ut intelligas *ἐγκωμιαστικὴν*, SVETONIUS, *Cæsares* (Divus Julius, LV): "Eloquentia militarique re aut æquavit præstantissimorum gloriam, aut excessit. Post accusationem Dolabellæ haud dubie principibus patronis adnumeratus est. Certe Cicero ad Brutum, oratores enumerans, negat se videre, cui Cæsar debeat cedere; aitque eum elegantem, splendidam

rone 2) permeare coneris, tenebris tamen involuta haudquaquam oculi cernunt, manibusque vel solertissime quæcunque tentaveris, vagi omnino, fluxi, & fere ficti dabunt iudicii faciendi occasionem. At quæri potest, an magna revera sit jactura, quod funditus adeo perierit numerus ille oratorum antiquorum, in Romano quondam foro celeberrimum. Neque enim plane eadem horum est ratio, atque alius generis scriptorum, historicorum præsertim, quorum perdita acerbe dolemus monu-

A 2 men-

quoque, ac etiam magnificam ac generosam quodammodo rationem dicendi tenere. Et ad Cornelium Nepotem de eodem ita scripsit: Quid? oratorum quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? Quis sententiis aut acutior, aut crebrior? Quis verbis aut ornatior, aut elegantior? Genus eloquentiæ duntaxat adolescens adhuc Strabonis Cæsaris secutus videtur: cujus etiam ex oratione Pro Sardis ad verbum nonnulla transtulit in Divinationem suam. Pronuntiasset autem dicitur voce acuta, ardenti motu gestuque, non sine venustate". Attamen vel ex his testimoniis constat, non Ciceroni parem Cæsarem, in primisque linguæ elegantia nobilissimum fuisse. Ideo quod tam præclarum rerum scriptorem obtinuit, & oratoris persona ipsi magis fuit aliena. Quam ei adtribuit vim Quintilianus (etiam I, 7; X, 2; XII, 10), imperantis potius, quam eloquentis fuisse, facile suspicaris; a gravitate namque hominis veluti exuberantem,

2) Præcipue in libro, qui *Brutus* inscribitur.

menta 3). Tractarunt illi plerumque causas, quarum per se Romanis quidem hominibus esse debuit cognitio fructuosa, nobis vero parum sane hæc adlatura utilitatis. Eloquii autem virtutes si quærimus, dubitare sit fas, exstiterintne hæ in istis antiquis. Profecto insignes illi Maroniani versus:

*Excudent alii spirantia mollius æra —
Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus —
Orabunt causas melius, coelique meatus
Describent radio, & surgentia sidera dicent:
Tu regere imperio populos, Romane, memento;
Hæ tibi erunt artes: pacisque imponere morem,
Parcere subjectis, & debellare superbos 4) —*

ad

-
- 3) Erant ad historiam præter cetera componendam natæ Romanorum mentes. Patriæ amore flagrantes, ejus solius intenti magnitudini, omnis exempli documenta in inlustri posita monumento intueri — Livii uti liceat verbis — anquirebant, indeque suæ reipublicæ, quod imitarentur, capiebant. — "Wo grosse Dinge gethan werden, wird auch gross gedacht und geschrieben: in der Sklaverei verstummet der Mund, wie die spätere römische Geschichte selbst zeigt. Und leider ist der grösste Theil der römischen Geschichtschreiber aus Roms freien oder halbfreien Zeiten ganz verloren. Ein unersetzlicher Verlust: denn nur Einmal lebten solche Männer, nur Einmal schrieben sie ihre eigne Geschichte". J. G. v. HERDER *Ideen zur Geschichte der Menschheit* (Vierzehntes Buch).

- 4) *Æneis*, VI, 847, sqq.

ad veritatem ita efficti videntur, Romanæque virtutis indolem exacte adumbrantes, ut, qui hos dicendo egregie poluisse animum inducat, falli haud temere dixeris. Quid? quod in universum reipublicæ tuendæ nimis diligens & sedula cura ingenii humani nativam vim & vigorem constringere solet & fere restinguere 5). Constat certe, Romæ rhetores — itemque philosophos — invisos quondam
fu-

- 5) "Die Grösse, und das alles beherrschende Leben des Staats, und die Geisteskraft und Kühnheit der Einzelnen stehen einander in der Wirklichkeit einigermassen entgegen, ungeachtet es ein natürlicher und gerechter Wunsch wäre, beyde Vorzüge in gleichem Masse vereint zu sehen. Wie aber die Dinge meistens sind, kann in einem Staate, wo die eine Idee des Vaterlandes, seiner Grösse und seines Ruhms Alles bestimmt, und nichts wäre, was nicht davon durchdrungen ist, eine griechische Mannichfaltigkeit der Geistesentwicklung kaum Statt finden. Athen musste so frey seyn, als es war, zu frey oft für die bürgerliche Ruhe, wenn Alles in Kunst und Geist da so aufblühen sollte, wie es aufgeblüht ist. Sparta, der einzige als Staat gut und kraftvoll eingerichtete, nicht bloss vorübergehend herrschende, sondern dauerhafte, gesunde und starke Staat in Griechenland, erkaufte diesen Vorzug durch eine auf diesen Zweck berechnete Beschränkung der Denkart und der Sitten, des forschenden und selbst des dichtenden Geistes". FRIEDRICH SCHLEGEL, *Geschichte der alten Litteratur* (Dritte Vorlesung).

fuisse indeque ejectos 6). Neque posteriori ævo, ut quisque antiquæ disciplinæ fuit amantissimus, ita evertis his e Græcia artibus non diffusus est maxime 7). Quibus haud scio, an probe colligatur,

6) Primum senatus consulto prohibiti sunt, quod habet: *C. Fannio Strabone, M. Valerio Messala Consulibus Marcus Pomponius Prætor Senatum consuluit, quod verba facta sunt de Philosophis & de Rhetoribus, de ea re ita censuerunt: ut Marcus Pomponius Prætor animadverteret, curaretque, uti, si e Republica fideque sua videretur ei, Romæ ne essent.* Deinde Censorum Cn. Domitii Ænobarbi & Lucii Licinii Crassi edicto hujusmodi: *Renuntiatum est nobis, esse homines, qui novum genus disciplinæ instituerunt, ad quos juvenus in ludos conveniat: eos sibi nomen imposuisse Latinos Rhetoras: ibi homines adolescentulos totos dies desiderare. Majores nostri, quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, instituerunt. Hæc nova, quæ præter consuetudinem ac morem majorum fiunt, neque placent, neque recta videntur. Quapropter & iis, qui eos ludos habent, & iis, qui eo venire consueverunt, videtur faciendum, ut ostendamus nostram sententiam, nobis non placere.* SVETONIUS, *de claris Rhetoribus*, I. AULUS GELLIUS, XV, 11.

7) Hinc lepide PERSIUS, VI, 37, sqq.:

Bestius urget

*Doctores Grajos: ita fit, postquam sapere urbi
Cum pipere & palmis venit nostrum hoc maris experts,
Foenisecæ crasso vitiarunt unguine pultes.*

Igitur nec Ciceroni ipsi obtrectatum est solum quod philosophiam tantum coluit, ut testatur PLUTARCHUS, *Vita Ciceronis*, (cfr. CICERO, *de Officiis*, II, 1); sed & ope-

tur, dicendi copiam in antiquis oratoribus Romanis eam vix fuisse, ut orationum, quas ediderunt, casu autem infausto perditarum, magno desiderio jure teneamur 8). Fuit omnium instar Cicero: quem igitur servatum & incolumem summis studiis celebremus 9).

CA-

ram, quam in dicendi artificio pertractando consumserat, non omnes probarunt. CICERO, *Orator*, XLI. Memorabilia quidem sunt, quæ de Agricola legimus: "Solitum ipsum narrare, se in prima juvena studium Philosophiæ acrius, ultra quam concessum Romano ac Senatori, hausisse, ni prudentia matris incensum ac flagrantem animum coërcuisset". TACITUS, *Julii Agricola vita*, IV.

- 8) Non id negamus, ad sermonis Latini progressionem cognoscendam magni momenti futuras istas orationes fuisse; sed exemplaria eloquentiæ eas præclarique ingenii humani documenta nulla putes,
- 9) "In Absicht der Beredsamkeit dürfen wir den Verlust nicht minder grosser (?) Redner als Geschichtschreiber weniger beklagen: der einzige Cicero ersetzt uns viele. In seinen Schriften von der Redekunst giebt er uns wenigstens die Charaktere seiner grossen Vorgänger und Zeitgenossen; seine Reden selbst aber können uns jetzt statt Cato's, Antonius, Hortensius, Cæsars u. a. dienen. Glänzend ist das Schicksal dieses Mannes, glänzender nach seinem Tode, als es im Leben war. Nicht nur die römische Beredsamkeit in Lehre und Mustern, sondern auch den grössesten Theil der griechischen Philosophie hat Er gerettet, da ohne seine beneidenswerthen

CAPUT II.

De natalibus & vita Oratoris Hortensii.

Quæ dicta sunt, ut quodammodo probentur—
sane enim hoc difficile negotium, cum desint ipsa
monu-

Einkleidungen die Lehren mancher Schulen uns wenig mehr, als dem Namen nach bekannt wären. Seine Beredsamkeit übertrifft die Donner des Demosthenes nicht nur an Licht und philosophischer Klarheit, sondern auch an Urbanität und wahrerem Patriotismus. Er beinahe allein hat die reinere lateinische Sprache Europa wiedergegeben, ein Werkzeug, das dem menschlichen Geiste bei manchen Missbräuchen unstreitig grosse Vortheile gebracht hat". v. HERDER, I. c. — Zoilorum gratia sententiam alius scriptoris, Ciceroni parcius faventis, adponere liceat. "Im Lateinischen muss uns Cicero, bey dem Verlust aller andern grossen Redner, zum Ersatz aller andern dienen; aber eine andere Frage ist, ob er sie uns ersetzt? Wenn diess Herder in seinen Ideen zu einer Geschichte der Menschheit behauptet: so behauptet er es wenigstens ohne zureichenden Grund. Cato's, Cæsar's, Hortensius, Antonius Beredsamkeit war wenigstens von einer ganz Andern Art. Cicero selbst rühmt Cæsar's grosses Rednertalent: und nach dem männlichen, schmucklosern Styl seiner Commentarien zu urtheilen, hatte auch seine Beredsamkeit einen mehr intellektuellen, griechischen Charakter, als die Beredsamkeit des Cicero. Also ersetzt uns auch Cicero nicht diesen Verlust, wie er uns in seinen philosophischen Schriften nicht den Verlust der verloren gegangenen griechischen philosophischen Systeme ersetzt; und wenn ihn Gibbon eine Bibliothek der Vernunft nannte;

monumenta, quorum foret sola æstimatione res exigenda — Oratorem illum Hortensium pro re nata percensendum sumsimus, qui eloquentiæ studio ita claruit, ut Ciceronis Æmulus frequentissimo hominum sit iudicio habitus. — En vero exiguam viri inclyti vitæ imaginem.

B

Na

so ist er es nicht durch seinen eignen hohen Vernunftcharakter (in der Philosophie übertreffen ihn darin Plato und Aristoteles, wie Demosthenes in der Beredtsamkeit), ob er gleich ein durch Welt und Geschäfte gebildeter, denkender und schöner Geist, nur nicht unabhängiger Denker und origineller Redner war. Eignes Gepräg ist der Charakter aller Originalität; durch ein solches zeichnet sich wohl Demosthenes, aber nicht Cicero aus. Dabey braucht man noch nicht auf seine Prunkmanier und Putzsucht zu sehn". K. G. SCHELLE, *Welche alte klassische Autoren, wie, in welcher Folge und Verbindung mit andern Studien soll man sie auf Schulen lesen?* 2. r Band. Quin alius fuerit indolis Catonum, Antoniorum, Crassorum, Hortensiorum dicendi ratio, dubitat quidem nemo; præstantiam autem ejus quis ideo exploratam haberet? Ingeniosissimi Cæsaris æternæ sunt laudes: quarum tamen ipsa facit magnitudo, ut oratorem in eo minus admirari possimus. Nec istud nomen consecrabatur: quique alioquin principatus adeo erat studiosus, in eloquentia eum Ciceroni facile dedit (CICERO, *Brutus*, LXXII). Oratio ejus in Dolabellam, quæ tantum laudatur, (Auctor *De causis corruptæ eloquentiæ*, XX) desideranda videtur; neque tamen ad Ciceronem mirifici quid in ea eminuisse credimus. Vicit dicendo non nunquam; vicit autem, quia fuit Cæsar: ubi alia erat eloquentia opus, cedere cogebatur. — Quam ineptum,

Natus est Quintus Hortensius 1) Urbis
 Conditiæ 640 — ante Christum 114 — anno,
 consulibus M. Acilio Balbo, C. Porcio Cato-
 ne 2); octo Cicerone maturior 3). Pater ipsius,
 Lucius Hortensius, sine dubio plebeji fuit ordinis.
 Nullum

si id jam Ciceroni vitio vertimus, quod in philosophia
 par non fuit auctoribus disciplinarum, quas civibus pro-
 ponere voluit! Iniquissima sane ea est reprehensio,
 qua proprio & nativo caruisse ingenio incusatur. Quasi
 vero tale in ullo Romanorum cernamus, idque postu-
 landum sit, ut Cicero solus gentis suæ indoli plane con-
 trarius prodisset. Certe in eloquentia optima sequi stu-
 duit, cui ne ipse quidem Demosthenes semper satis po-
 tuit facere.

- 1) Cognomen habuisse Hortali ex Cicerone accipimus.
Epp. ad Atticum II, 25, collata cum *Orat. pro Flacco*,
 XVII. At nepos nostri, infra monendus, Taciti auctori-
 tate sibi illud quasi proprium in historia vindicavit. Is
 igitur Hortalus, ad quem carmen Catullianum LVI (LV)
 est scriptum, ex Vossii & aliorum opinione idem est
 nepos; cum tamen hocce poemata, ut notat ERNESTI
 (*Clavis Ciceron.*), non nisi ad oratorem ratio tempo-
 ris sinit referre.
- 2) CICERO, *Brutus*, LXIV, testatur, Hortensium L. Crasso,
 Q. Scævola consulibus annos undeviginti natum fuisse.
 Hi vero consules erant U. C. 659 anno.
- 3) Cicero natus est A. U. 648, consulibus Q. Servilio
 Cæpione, C. Atilio Serrano. *Brut.*, XLIII. "Me adole-
 scentem nactus octo annis minorem, quam erat ipse",
 ait de Hortensio Cicero. *Brut.*, LXIV.